

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 1 (1843)

Artikel: Liber heremi

Autor: [s.n.]

Kapitel: Liber heremi : Annales Einsidlenses minores

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-109148>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 05.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

ANNALES EINSIDLENSES MINORES.

A. D.

814. 5. cal. Febr. obiit Carolus Magnus imp.
853. Regni Ludouici pii 25. Sanctus Meginradus Tenebrosam silvam ingreditur.
863. Regnantibus Ludouico et Lothario germanis Lotharii filiis, anno 8. Regni eorum, qui eis adhuc uiuens certos regnorum terminos disposuit, et ipse Prumiæ se Monachum fecit, Sanctus Meginradus a duobus latronibus occiditur 12. Kal. Febr.
934. Regnante sine imperiali unctione Heinrico Rege, anno Regni eius 16. Eberhardus Argentinensis Canonicus heremum intrauit, et diruta Cellulæ S. Meginradi reparauit. In eius introitu Sanctus Volricus Augustensis episcopus Annis XI. in suo pontificatu sederat, illique ab infantia semper adhæsit et sæpius uisitauit, illumque locum reliquiis brachii Sancti Mauritiæ ditauit.
945. Dietlandus coadjutor statuitur Anno Regni Ottonis Magni Regis 8. rexit Abbatiam annos 16.
948. Regni Ottonis Regis 13. Agapiti uero papæ eius nominis secundi, et Catalogo autem Romanorum pontificum 132. numero, Apostolatus eius 4. Conradi episcopi Constantiensis præsulatus, anno 15. 18. Kal. Octobr. Capella S. Mariæ angelica consecratione sublimatur.
949. Ottonis Magni Regis Anno 14. Gregorius Anglus Reginae Edgidis Coniugis Ottonis Magni Regis primæ coniugis frater, à Roma Monte Celio ueniens hunc Heremi locum adiit.
958. Ottonis Magni Regis anno 23. Sanctus pater Eberhardus obiit.
960. Ottonis Magni Regis Anno 25. Dietlandus Abbatiam Gregorio Anglo resignauit.

964. Ottonis Magni anno imperii 3. Regni vero 29. Imperatore Natalem Domini Romæ agente, Leone papa eius nominis octavo paulo ante electo, et à Romanis fugato, Joanneque deposito recepto qui ilico obierat, cui violenter Benedictum Joannis Diaconum eius nominis quintum ordine 135. suffecerant, qui sedit mensibus 2, Quo ejecto ab Ottone Imperatore, et Leone (qui ad illum Spoletum fugerat) restituto qui ordine 136. fuit, ipse Leo Monasterio heremi litteras testimoniales dedit de consecratione Angelica quondam facta. Cuius tenor.¹⁾
973. Otto Magnus Imperator anno Imperii 12. Regni 38. obiit 8. idus Maij.
992. Hermannus Dux Alamanniæ filium suum Bertolfum infantulum in die paschæ in Monasterium Heremi detulit ad baptizandum, qui a Sancto Gregorio (Abbate) a fonte suscipitur Anno Regni Ottonis tertii 10.
996. Regni Ottonis tertii anno 14. Sanctus Gregorius Abbas obiit 6. idus Novembris, Wirandus eo anno successit.
1026. Regni Chvonradi secundi anno 3. Wirandus Abbas obiit. Embricus eo anno successit.
1031. Regni Chuonradi secundi Imperatoris anno 8.²⁾ primi lapides fundamenti Ecclesiæ missi sunt 6. idus Maij.
1039. Regni Chuonradi secundi anno 19. imperii vero 13. ipse Chuonradus imp. obiit. Cui Heinricus filius eius nominis tertius in regno eodem anno successit.
- Reliquiæ Corporis S. Meginradi eodem anno 2. Non. Octob. de Augia ad Heremum relatæ.
- Ecclesia basilica Heremi a tribus pontificibus in unum illuc convenientibus 3. idus Octobris in honore Diuæ Virginis Dei genitricis Mariæ et Sancti Mauriti Sociorumque eius dedicatur.
1052. Regni quam imperii Heinrici anno 14. Embricus Abbas obiit. Hermannus successit Qui pontificalibus ornamentis a Leone papa eius nominis octavo,³⁾ consanguineo suo insignitus est.

1) Hier folgt abermals in Eschudi's Abschrift der Text der Bulle, welche wir weglassen.

2) Hier, wie bei dem sogleich folgenden anno imperii 19, fügt Eschudi das Wort „falsch“ bei.

3) Sollte nono heißen.

- 1068.** Regni Heinrici quarti anno 9. Hermannus Abbas obiit. Heinricus successit.
- 1070.** Regni Heinrici quarti anno 14. Heinricus Abbas obiit. Seligerus successit.
- 1080.** Regni seu imperii Heinrici quarti anno 25. Seligerus Abbatiam resignavit Ruodolfo Camerario cœnobii.
- 1099.** Selegerus abdicatus abbas obiit Regni seu Imperii Heinrici quarti anno 44.
- 1101.** Regni seu Imperii Heinrici quarti anno 46. Ruodolfus abbas obiit. Ger successit. Annis 22.
- 1122.** Ger abbas obiit. Successit Wernherus Regni seu Imperii Heinrici quinti anno 15.
- 1142.** Regni Chuonradi tercii anno 5. Wernherus Abbas obiit. ¹⁾ Ruodolfus eius nominis secundus successit, qui Constantiæ coram Chuonrado Rege apparens ab Hermanno Constantiensi episcopo in Sintleosaugia in die Palmarum consecratus est. Huius electionem Ruodolfus advocatus uolenter conatus est ad rejiciendum, quum ipse electioni non præsens fuisset, sed ob id pena multatus est a Rege.
- 1143.** Caput Sancti Justi quondam cœnobio Heremitarum a Monachis Alperspacensibus furtive ablatum redditur jussu Hermanni Constantiensis episcopi.
- 1171.** Imperii Friderici anno 19. Ruodolfus abbas obiit. Scisma in electione fit Advocati impedimento fere biennio. Tum Anno Domini 1173. Vuernherus secundus eius nominis jussu Friderici Imperatoris ordinatur.
- 1192.** Imperii Heinrici secundi imperatoris anno 2. Vuernherus secundus Abbas abbatiam resignavit, Volricus de Rappersuuil successit.
- 1206.** Regnante philippo Rege Volricus Abbatia privatur, Berchtoldus de Vualse successit.
- 1214.** Friderici Regis anno electionis eius 2. Berchtoldus Abbatiam resignavit, Chuonradus de Thuno successit, sub quo ecclesia basilica Heremi A. Domini 1226. 3. Non. Maij conflagravit incendio, et ipso anno ab ipso Abbate reparata, et a Cuonrado Constantiensi episcopo dedicata.

¹⁾ Am Rande steht: melius 1141 vel 1142.

- 1254.** Imperii Friderici Anno 15. Chuonradus Abbatiam resignavit. Anshelmus de Suuanden successit, Turrim in pfëffikon erexit. Et apud Thuregum domum construxit. Hic ab Innocentio papa quarto meruit ornamenta infulæ Chirothecarum et annuli.
- 1267.** Gerente se pro rege Chuonradino, a Carolo qui se pro Rege Siciliae habebat, postmodum interempto, Anshelmus Abbas obiit 3. Cal. Januarii. Volricus de Vuiniden Custos successit.
- 1277.** Regni Ruodolfi de Habsburg Anno 4. Volricus Abbas obiit 3. idus Augusti Comi in Italia. Petrus de Suuanden Custos successit.
- 1280.** Petrus Abbas in Capella Sanctæ Mariæ apud oppidum Zuge fulmine percussus, interiit Anni Regni Ruodolfi 7. Henricus de Güttingen successit.
- 1298.** Henricus Abbas obiit in pfëffikon, Regni Adolphi Regis anno 7. Quem Adolfum eodem anno Albertus Dux Austriae in pugna occidit et in regno successit. In Abbatia vero Joannes de Suuanden successit.
-